

Eaque bene ac feliciter evenisse comperi-
mus , cùm amplissimum patrocinium Excel-
lentissimi & Reverendissimi D. Fr. ANTO-
NII FOLCH de CARDONA Valentiae
Archiepiscopi SACRÆ CÆSA-
REÆ CATHOLICÆ MA-
JESTATI à penitioribus consiliis , &
maximi Hispaniarum Confessus in eadem Aula
Præsidis laboribus nostris comparatum est . Li-
teris enim id honoris , & pretii tribuit inter
præcipuas maximasque Imperii curas , ut do-
ctissimus licet , novo semper ardenter deside-
rio colat , consiliorumque præstantiâ uberrimos
eos vigiliarum fructus Immortalitati Princi-
pis , & populorum commodo tulerit , quos
nulla futurorum temporum invidia sit ereptu-
ra . His fusijs recensendis , neque locus hic ,
neque par stylus : id tamen unum minimè
dissimulavero , quod ejus beneficio in album
officiorum Sacri Cæsarei Palatii adscriptus ,
comparandis Cæsareæ Bibliothecæ codicibus
honore maximo sim electus , eruditique mu-
neris decorum uni mibi , et si omnium impe-
ritissimo tribuerit CÆSARIS Cle-
mentia ; unde perpetuum animi obsequium
nullo umquam satis argumento profitear .

Has optimas operis nostri sortes in ipso ve-
luti primo vestibulo novisse non injucundum
tibi fore lector humanissime putavi , mibique
necessarium , ut si quid utilitatis , vel com-
modi ab ipsius lectione acceperis , acceptu-